UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tractatvs De Execvtoribvs Vltimarvm Volvntatum duorum celeberrimorum iurisconsultorum

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

36. Executor in distributione bonorum testatoris quàm debeat habere rationem & delectum.

---

urn:nbn:de:hbz:466:1-63406

Visual Library

trahend. emption. l. fina. l. hæc venditio ff. eodem ff. pro ſocio. l. ſi ſocietatem. & l. ſequen. Quod eſt verum, quando eſt dubium, quod malè arbitratus ſit. Secus, ſi eſſet certum, vt l. pater aliâs. incipit: quidam ꝰ. Papinianus. ff. de adminiſt. tut. l. vt gradatim. §. 1. ff. de muneribus & honoribus. de arbitris c. cùm olim. ad fin. c. quintauallis. & c. veniens. de iureiurando. de electione. c. in cauſis.

Supereſt diſcutere de perſonis. *Nam ſi ſunt aliquæ perſonæ permiſſæ, non debet executor eligere perſonas prohibitas.*
36 *† Sed bene verum eſt, quod inter perſonas permiſſas poteſt eligere idoneiorem, & inter pauperes pauperiorem: vt in l. id quod. in 22. q. quartæ partis per l. cum quidam ff. de lega. 2. Et ſimiliter, ſi eſt relictum ſingularibus perſonis, non debet eligere vniuerſitates, vel loca. Circa perſonas verò prohibitas diſtingui oportet. Aut ſunt prohibiti à lege, veluti ſunt inceſtuoſi & ſimiles, & executor illos non eliget: quia non videtur datum arbitrium exequendi contra leges: argu. l. quanquam. ff. de ritu nup. & l. Lucius. ff. ad municip. Aut ſunt prohibiti per teſtato-*

ſtatorem: & idem dicendum, quod executor non eliget tales puta naturales. Fallit in † alimentis: quia illa debentur de iure canonico: quod etiam debet ſeruari in foro ciuili: vt c. cùm haberet. extrà. de eo, qui duxit in matrimonium, quàm polluit per adulterium. & tenet Dyn. in conſil. ſuo 17. quod incipit: quæſtio talis eſt, quidam Orland. & Bal. in quæſt. 24. & vltim. 4. part. l. id, quod pauperibus. & ſubdit quod ſi tali ſpurio data fuerint per epiſcopum omnia bona, quod ea præſcribit ſpatio. 30. anno. arg. l. generaliter. ff. de noxa. Si verò tales ſunt prohibiti propter inimicitiā leuem, & tacitè, ſimiliter poteſt eis diſtribui, quia cenſetur remiſſa per confeſſionem: dummodo de ipſa articuletur: vt §. fin. inſtit. de iureiur. & no. Bal. in 23. q. quartæ partis. d. l. id, quod pauperibus. Secus, ſi fuiſſet grauis: per l. 3. in fin. ff. de adimend. lega. & per Lucius §. Lucius Titius damam. ff. de lega. 2. vbi odioſi non comprehenduntur. 37

SVMMARIVM.

1. Executor adminiſtrationis rationem reddere tenetur: quatuor potiſsimum rationibus.
2. Executor quo caſu liberetur a redditione rationum initæ villicationis.

3. Exe-